

Qua rōne p̄dicauerim vob̄ si  
tenetis. nisi frustra credidistis  
**T**radidi enīz vobis in primis  
quod et accepi: quoniam x̄ps mortuus  
est p̄ peccatis n̄ris s̄m̄ scripturas  
et quod sepultus est: et quod resurrexit  
tertia die s̄m̄ scripturas: et quod  
visus est cephe: et post hec v̄n-  
decim. Deinde visus est plus  
quod quingentis fratribus simul: ex quibus  
multi manent usque adhuc  
quodam autem dormierunt. Deinde  
visus est iacobo: deinde apostolis  
omnibus. Nouissime autem omnium  
tanquam abortiuo visus est et mihi.  
Ego enim sum minimus apostolorum  
quod non sum dignus vocari apostolus: quoniam  
persecutus sum ecclesiam dei. Gratia  
autem dei sum id quod sum: et gratia eius in  
me vacua non fuit. **Gr̄a.** In deo  
sperauit cor meum: et adiutus sum: et  
refloruit caro mea: et ex voluntate  
mea confitebor illi. **V.** Ad te domine  
clamaui deus meus: ne sileas ne di-  
scedas a me. **Alia.** Exultate  
deo adiutori n̄ro: iubilate deo  
iacob: sumite psalmum iocundum cum  
cythara. **Secundum marcum. vii. ca.**  
**I**n illo tempore: Exiens iesus  
de finibus tyri venit per sy-  
donem ad mare galilee iter me-  
diis fines decapoleos. Et ad-  
ducunt ei surdum et mutum: et de-  
precabantur eum: ut imponat illi manum.  
Et apprehendens eum de turba se-  
orsum: misit digitos suos in au-

riculas eius: et expuēs tetigit lin-  
guam eius. Et suspiciens in celum  
ingemuit: et ait illi. Effeta: quod  
est aperire. Et statim apte sunt  
aures eius: et solutum est vinculum  
lingue eius: et loquebatur recte. Et  
precepit illis ne cui dicerent.  
Quanto autem eis precipiebat: tan-  
to magis plus predicabant: et eo  
amplius admirabantur dicentes:  
Vnde omnia fecit: et surdos fecit au-  
dire: et mutos loqui. **Offertorium.** Exal-  
tabo te domine: quoniam suscepisti  
me: nec delectasti inimicos me-  
os super me: domine clamaui ad te: et  
**R.** Espice **Sec.** sanasti me.  
domine quoniam ad nostram propiti-  
tatem: ut quod offerimus: sit tibi  
munus acceptum: sit nostre fragi-  
litas subsidium. **p. Colo.** Ho-  
nora dominum de tua substantia: et de  
primitiis frugum tuarum: ut imple-  
antur horrea tua saturitate: et vi-  
no torcularia redundabunt. **Introitus.**  
**S**entiamus domine quoniam tui pro-  
ceptioe sacri subsidium  
mentis et corporis: ut in utroque  
saluari celestis remedii pleni-  
tudine gloriemur. **p. Dominica**  
**xij. post penthecoste. Introitus.**  
**D**eus in adiutorium  
meum intende: domine  
ad adiuuandum me fe-  
stina: confundantur et reue-  
reantur inimici mei qui querunt animam  
meam. **V.** Auertat retro: super et erui-

domine  
deus

bese  
O  
de  
fide  
liter  
vt a  
fion  
R  
p  
tes  
q̄si  
ex d  
feci  
no l  
spu  
stra  
ta i  
vt n  
in fa  
vult  
mag  
glo  
nat  
ma  
stic  
dom  
ei  
bit a  
tenē.  
lutis  
coran  
I  
ocul  
don